

LVSITANIA SEV PORTVGALLIA.

longè iaciunt, & summa arte, in acie diutius perseverant, mobili corpore leuique, vt facile & fugiat hostem & insequantur. Omnes montium habitatores victu simplici vtūt, aquarū potores, humi cubitores. mōtani homines duabus anni partibus querna vescuntur glande, quā cūm siccauerint, frangunt, molūt, panes conficiunt, & ad tempus reponūt. Hordeaceo vtuntur vino, nam vitis inopia laborat. Omnes ferè pullis amicti vestibus & sagis, in quibus inuoluti, per stramenta cubant. Numitorum loco graui admodū sarcinarum permutatione vtuntur, vel extensi argenti lamine frustum abscissum exhibent. Destinatos neci lapidibus obruunt, parricidas extra montium confinia vel ultra flumina reiectos, saxis opprimūt. Agrotos vetusto ritu ægyptiorū in plateis deponunt, vt qui eo morbi genere tentati sunt, commonefacere eos valeant. Reliquos huius populi mores ceremoniasque qui volet, ex Strabonis libro 3. petet, vnde h̄c nos obiter excerpsumus: vt ex his queant colligere quibus eorū huius seculi conditiones, viuendique ritus perspecti sunt, quantum à priscis colonis recentes modò differant. Regio itaque de qua sermo est, felicitate prestat, amnibus paruis & magnis irrigua, qui omnes Tago ab ortu pariter disiuncti sunt, & maiori ex parte nauigabiles, atque auri grumulis abundantes. Vicina verò Tago cæterorum opulentissima sunt oppida. Ager verò plerisque in locis argilosus, ac ob id minus fructibus fœcūdus. Coimbre autem territorium totius Portugalliaæ censetur optimum. Cùm autē vitium penuria id regnū laborare dicatur, commendatur tamen apud exterios Algarbiorum vina. Fluiorum qui hanc oram rigant nominatissimus nobilissimusq; est Tagus, ad ostium latitudinem habens stadiorum 20. Strabone teste, altitudinem verò permagnam, adeo vt à nauigis millia decem vespantibus nauigari facile possit. Agrum autem habet circum circa bonitate conspicuum, aduersis etiam aquis nauigationes habens admodū faciles, etiam grandioribus magnū ad spaciū nauibus: reliquum verò ad cursum fluviaticis vtūt, lembis. Amnis piscium fecissimus est, ostreorumq; redundans. Ex Celtiberis autem originē habēs per Vetiones & Carpetanos (Castiliae nunc regno cōprehensos) & Lusitanos in æquinoctialem labitur Occasum, aliquantis per spacio pari ab Ana & Bæti fluuijs distans, postea semouetur ab illis, ad littus australe declinantibus. Post Tagū nobilissima flumina sunt Mu-liadas paruis nauigationibus, quem deinceps Mundam, ac hoc seculo Mondegam appellatū videmus. Deinceps Vacua vel Vagus, nunc Vogor. Post hos Durius, longo fluens cursu penes Numantiam (quam Sorio hac ætate nuncupari volunt) & alias complures Celtiberorum & Vacceorū habitatā terras: magnis hic nauigis permeabilis ad stadia ferè octingenta. Alia porrò flumina sunt Cauado, hodie Morilhoque dictus, quem Nibin antiquorum esse suspicari licet, & cui ab obliuione Lethes

nomen inditum est, ab alijs Limia, Belioro & Enuemius nuncupatus, ex Celtiberis & Vacceis prope Galliciam labitur. Postremus Minius omnes Lusitanæ flu. magnitudine superans, & hic ipse ad stadia 800. nauigabilis, quē Posidonius ex Cantabris fluere dicit, ante cuius eruptiō nem procumbit Insula, & instar vnguium scopuli duo, portus habentes fluuiorum. Montes Lusitania paucos habet, eosque haud magnos, promontorio sacro capiti, S. Vincentij dicto vicini, ac Palmæ fluuiio obiecti sunt, quos Sera de Mōnguio, & Sera de Caledaria accolæ vocat. Tagi verò fluuij ostio imminet Lunæ mōs, nunc de Sordetas dictus. Coimbre territorio adiacet, quem Sera de Ascoba Lusitani appellat. Montana præterea sunt ac collibus confita loca à Durio ad Cabadum usque flu. ferè omnia. In Lamegitano agro conspicitur, qui Muro monte nominatur. Durio autem flu. ab Aquilone imminent Sera de Maravij & Tralos mons. Minio autem flu. subiectus mons Sera de Covira nuncupatur. Sunt & hi plerique lucubus nemoribusque consiti, circa Palmam etiam flu. loca syluosa sunt, & quæ Bettingæ insulæ Mondegoq; flu. interiacet, terra firma, montosa admodum saltuosaque & solitaria existit. Mineræ in hoc regno ab authoribus nullæ traduntur. Salem tamen fossile illis aut esse, aut extitisse olim argumento est, id quod Strabo li.3. scribit: Salem Lusitanis esse colore prius purpureo, qui simul ac teritur, albescat, cumque fontium perennium in hoc regno numeretur ultra viginti quinq; millia. Theras tamen nullas ab ullis usque authoribus prædicatas reperi. Terminis autem limitatur hisce, vt ab Ortu Castellæ utriusque, ac Extremaduræ regna, quaque magis in Austrum vergit Andaluziam prouinciam contiguam habeat. Australe latus Athlanticus, Occidentale occiduus alluit Oceanus, Septentrionale Nimius flu. à Gallecia dirimit. Cui verò plagæ cœlesti subiectum sit id regnum, vel ex ipsa pictura colliget lector, à medio nimis quarti climatis, ad initiuū usque sexti, aut paulò ultra. Incipit ab Occidente à longit. gradu 5. vbi Baiona, desinit vbi maximè in Orientē extendit sub longitud. grad. 8. minut. 15. vbi Miranda. Versus Austrum initium sumit à latit. grad. 37. vbi sacrum promontorium, vulgo S. Vincentij caput dictum. Finitur verò vbi maximè in Boream excurrit sub latitudine grad. 43. min. 16. vbi Baiona. vnde Austrinus eius parallelus colligitur, numero duodecimus. Heterosciorū autem sextus, vbi dies prolixior horarum 14¹. Boreus verò ordine decimus quartus, at Heterosciorum octauus, diesque ibidem prolixior horarum 15¹. longitudinem itaque latitudine minorem habet milliarium Germanicorum 34. Italicorum autem 136. latitudinem Germanicorum 86¹.

Italicor. verò

345.

DE ANGLIA, SCOTIA, ET HYBERNIA.


Anglia Insularum quæ in Europa sunt, omniū maxima, diuersis temporibus diuersa nomina sortita est. Anglia autē vox Cimbrica seu Saxonica est, & hamum significat, quo pescatores vtūtūr, ait Becanus in Saxonice, libro sexto. Olim etiam Albion, ab albis rupibus, qui ad eam nauigātibus primū apparent, dicta est. Britannia etiam vocabatur, cuius nominis origo iam dubia. Sūt qui à Bruto Duce Troiano (quem ex Aquitania huc traiecerunt) sic dicta velint: Beda verò natione Anglus, à Galliæ populis Britannos appellatos tradit. Angliam vocatam aiunt, ab Angela Saxonum populorum Regina, quæ expulsis gigantibus, qui tum eam incolebāt, inter suos Insulam partiens ac distribuens, vt victoriæ gentisque suæ memoria nunquam intercideret, Angliam à se denominari voluit. Paulò aliter refert Volaterranus, qui non à regina Saxonum, sed ab Anglis eiusdem Saxonie Illustri populo appellatam dicit: quos, cùm à Pictis Scottisque molestarentur Britāni, in auxilium vocarunt, atque hac tandem terræ bonitate simul & amicinitate inuitati, eos circumuenerunt, ac Insulanorum bona inter se partiti sunt. Hos tamē Angilos Sueuos non Saxones fuisse Ptolomæus author est, qui in media VVestphalia ad Amasij fluuij fontes habitarunt. Secūs paulò Ioānes maior narrat, in Historia rerum Scoticarū, ait enim Britannorū regem Vortigerum, in subisdūm cōtra Pictos aliasque hostes accersiisse Eugistum quendam Saxonum Ducem, qui fusis pulsisq; hostibus, ipse tandem in regni desiderium inciderit, à seque occupatum & captum **Angl. s. lande** vocari voluerit, atq; hinc vnius & alterius literæ Metamorphosi (vt sāpē fit) England dici arbitratur. Nec desunt qui credant sic dictam Angliam, quasi anguli terram, vel nostri orbis angulum. Chalcedonia etiam quibusdam, ab ingenti in ea eiusdem nominis sylua vocatur. Tota itaque hæc Insula, natura triquetra, Siciliæque simillima, teste Cæsare, hodie in duo diuiditur regna, Angliæ & Scotiæ. Angliæ regnum vocatur pars Insulæ meridionalis, Galliæ proxima. Terra est eximiè fertilis, ac metallis diues: habet enim aurum & argentum, argentum viuum, cuprum, stannū, plumbum, ferri autem exiguum copiam, nec caret salis fodinis: quin & margaritas terra producit, & miræ naturæ Gagatem lapidem, in aqua ardenter oleo autē extinguibilem, lapis nigro gemmeus, nullius ferè ponderis, attritu calefactus applicata detinet vt succinum. Pecoribus alendis non alia aptior terra, lanarum ibi diues mercatura, regioq; nobili panno celeberrima: qui inde in longinquas exportatur regiones. Lupos non fert vlo modo, nec vllum venenosum animal, aut rapax, præter vulpem gignit. Ibi nō modò arietes, sed & oues cornutæ sunt. Terræ motus in ea ferè nunquam, & fulmina admodum rara. Diuisum est autem Angliæ regnum, in triginta circiter Comitatus: villæ & vici in ea plurimi sunt, vrbes permulta, Archiæscopales duæ, Eboracum & Cantuaria. Scholæ seu Vniuersitates duæ, Oxonium & Cantabrigia. Londinum

Londres vulgò, Trinouantū olim, ad Tamesim fluuium magnis nauibus peruium, celeberrimum ditissimumq; emporium, simul & sedes regia. Eiusdem regni fluuij nauigables, æstu maritimo affluentes & refluentes, sunt Seuerinus, qui per VVallia labés, in Vergiuum Oceanum effunditur, & Humbria, qui Eboracum præterlapsus, Oceanum Germanico excipit. Parallelus Angliæ australissimus est decimus septimus, vtpote subiecta latitudinis gradui 52. vnde dies maxima colligitur horarum 17. Borrealissimus autem est 18. sub gradu nimis latitudinis 56. aut paulò amplius, vnde dies maxima ibi colligitur horarum 17½. Terminatur ad Orientem Oceanum Germanico, ad Austrum Britannico, ad Occidentem Vergiuio, ad Corrum mari Hybernicō, ad Trasciam montibus Cheviet, ad Septentriones & Boreā Tueda fluuiio, à Scotia dirimitur.

SCOTIA.

Scotia autem regnū vocatur Albionis pars Septentrionalis: terra perpinguis & sulphurea, atque ob id combustibilis, ac lignorum penuriam subleuans: vnde mos inoleuit, vt mendicantes circa ædes sacras, lapides accipiāt in eleemosynam, struendo foco aptos. Loca nōnulla habet quibus triticum non crescit, massam tamen ex auenæ farina subigunt. Rei pecuariæ perinde, vt Angli maximè dediti, vnde lanificijs ditantur plurimum. Asperior minusque quam Anglia culta, mōtes etiam hinc inde habet, verū pabulum ferentes præstantissimum. Fertur in regiuncula quadam Scotiæ, quæ Cloid fluuiio alluitur, Argadie ei nomē est, lapide nasci, qui paulò diutius stupræ subiectus, incendium faciat. Regia eius est Edenburgum, Alata castra vocant: prope hanc portus celebris est, Lethedictus, Archiæscopales, & Gymnasijs celebres ciuitates sunt S. Andreæ, Glasque, Aberdoræ, quæ mercatu etiam ob portus commoditatē, fœlix est. Habet & alia emporia, vt sunt Dunæ, Monros, & S. Ianis. Circa Aberdorū mōtes sunt asperrimi, & equitatu inaccessi, ac iuxta mōtes sylua, quæ estimatur Chalcedonia antiquorū esse Scotos à pictura corporis appellatos volūt, oxos, enim Græcè tenebras sonat, vel oxoria, id est, furia, tenebra. Vetus enim mos illis erat, pectus, brachia, & manus encausto figurare euntibus ad bellū, hodie non seruatur: vtebātur autē Glasto, herba plantagini simili, quæ (vt ait Cæsar) cæruleum efficit colorem, vt horridiores hosti se ingereret in prælio, vnde Martialis cæruleos Britannos dixit. Claudia cæruleis cum sit Rufina Britannis, Edita. Mores vtrorumque populum parum differunt: idem ferè habitus, lingua eadem, subita ingenia, & in vltionem prona, ferociaque: in bello insignes, mitiores tamē aliquantò Angli: quamuis enim ferum & inhospitale vulgus ignobile, ciuilior tamen nobilitas, hospites amicè salutant, magisque obuij ad humanitatis officia sunt. In bello nec agri, nec vrbes violantur, sed dimicatur ad interacionem alterius partis usque. Sunt Angli venusta facie, statura procera, fœmineo candore & forma insigni. Rigidiores aliquanto Scotti, inuidi natura, & reliquorum, maximè aduenarū contemptores,

ANGLIAE SCOTIAE ET HIBERNIE
NOVA DESCRIPTIO.



BRITANNIA Insularum que in Europa continentur mediana, à meridiis in septentrionum pretenderit, forma triquetra. Ex promontorio enim quod Vectem insulam ad meridiem prospicit, ad Cathangiam ultimam Scotie partem, que ab Orcadiis insulis, fredo non admodum magno divimitur, millaria continentur. 600. Ad vero autem ultima Cattia parte, qua a Gallia non plus 30. mil. distat, in extremum Cornubia promontorium, quod Armoricanum reficit, null habentur 320. A quo rurus per Hibernicum mare ad Septentrionem progrediri, ad Cathangiam supremam totius insulae partem, null inveniuntur. 800. Cotuit insula circuitus mil. 1720. minus quam computat Casper. 280. Dividitur huc insula in duo regna, pars cuius australior, que & fertilius est, & urbibus frequenter, & moribus ciuilius ANGLIA dicatur, que autem Septentrionalius montibus afferre, ob intercessum frigidi inferiori, SCOTIA nuncupatur. Dicitur inquit Anglia in Scotia, ad orientem Tuedia, ad occidentem Soluo fluminibus, mediterraneus, mons Cheviota discriminat. Obiecta Scotia ad Occidentem in Hibernico mari, insula 43. Eboracum, sive Allobriges districtarū insulis, abundans sine, inter bas primas teneat POMONI, & magnitudine catena vincens, & Episcopali sedi & regio castro ornata. Vt in omnibus in ditione Scotti est THVLE, poli habens elevata gradibus 63. in qua cū Sol Cœri occupat, tenebris aut nube, aut perbrevis Idiomata quibus vntuntur incola, quinque sunt. Cornubia, quo Corribus, Wallia, quo Walli, Anglicum quo Angli, & bona pars Scotie Hibernica, quo Hibernia insula. & Septentrionalis Scotia pars, Gorhici, quo Orcades sola vntuntur. Habet Anglia Episcopatus 22. quorū deinceps & octo Catonicata primati parent, duo autē Ecclesiæ Archiprestali, Eboracum itē celebra duo, OXONIVM & CAN TABRIGIAM. Comitatus, quos & comitatus vocat. In Scotia autē Episcopatus sunt 15. quorū novi. S. Andre Archiepiscopo primati, dui Archiepiscopi Glascestrii substat, Comitatus habet 22. illundat Anglia fragno, plavo, ferro, lana optima, peccore, & frameto. Scotti, pisticibus, peccore, & lana. Lopus non habet Anglia. Scotia permulcos. Dividit Angliā in tres velut Regiones, tria iuxta fluminis Tamis, Sabrina, Hiberus. Scotia itē tria, Cluda, Forth, Tāuis, Regia Anglie sive LONDINVM; Scotia EDI propagare, isti retinere, imperium studeant.